LIUVIGOTONA.

Escasas noticias nos ha trasmitido la historia acerca de esta Reina, que debe su celebridad á un concilio nacional. Esposa de Ervigio, muchas debieron ser sus virtudes, cuando en el concilio trece de Toledo, celebrado en el año 683, los padres allí congregados la daban los cualificativos de gloriosa y de serenísima, fulminando eterna escomunion contra cualquiera que se atreviese ofenderla así como á sus hijos en lo mas mínimo, prohibiendo que ninguno, muerto el Monarca, fuera osado á solicitar en matrimonio á la Reina; pues consideraban indecoroso que se viese en otros brazos «la que habia sido soberana Princesa de las gentes.»

Lástima grande que no conozcamos los sucesos que debieron distinguir la vida de aquella egregia matrona, teniendo que contentarnos con la enunciacion del importantísimo documento citado, que ha hecho célebre entre los eruditos el nombre de la ilustre Princesa [1].

[1] *Títulos IV y V del concilio citado.* .....Contestamur ergo omnes præsentes et absentes seu etiam futuris temporibus subsequentes sacerdotes vel principes seu cujus cumque honoris aut ordinis homines coram Deo et sanctis angèlis ejus, ut nullus ad futurum posteritati ejus vel gloriosæ conjugi suæ Liuvigotoni reginæ, atque his qui gloriæ suæ filiis vel filiabus conjunti esse noscuntur, seu etiam qui adhuc conjuncti non sunt sed protinus conjungendi sunt, injustas lædendi occasiones exquirat; nullus occulté vel publice per quæ abdicentur malitiæ suæ contra eos vota extendat, non eos gladio vel qualibet perniciosa factione interimat; nullus consilium vel opus quibus injusté dejiciantur vel nudentur rebus exhibeat; nullus his injusté violentum tonsuræ signaculum imprimat; nullus vestem contra ordinem gloriosæ conjugis ejus vel filiabus suis atque nuvis mutare præsumat; nullus etiam extra evidentis culpæ indicium aut exiliis eos relegandos inducat aut eorum corporibus quarumlibet detruncationum vel flagellorum inferat detrimenta, quo cum præmemoratis omnibus omnis ejus in tota ad futurum gloriosa posteritas læsiones injustam non perferat notam, nec rerum sentiat detrimenta. Si quis autem hominum, cujuslibet sit ordinis aut honoris huic nostræ sententiæ non acquiescens filios filiasve gloriæ suæ uná cum serenissima conjuge sua Liuvigotone regina vel supradictis omnibus amodo vel quandoque sine justo partis suæ negotio aut lædendos impetierit aut dejiciendos elegerit, vel ex propria deliberatione consenserit quo aut de rebus sibi debitis injusté ex-

Liuvigotona fué madre de Cixilona, muger del Rey Egica, Reina de quien no tenemos mas noticias que la de su nombre.

poliati nudentur, aut dolo vel machinamento quolibet dejiciantur, sit æterno anathemate ultus et futuri examinis judicio condemnatus. .....Nuli ergo licebit superstitem reginam sibi in conjugio ducere, non sordidis contactibus maculare: non hoc sequuturis regibus licitum, non cuiquam hominum licebit esse permissum. Quod si facere tale aliquid quisquam præsumpserit, quò aut superstitem reginam post decedentis principis mortem sibi in connubio copulet aut adulterina pollutione contaminet, sive sit rex sive quislibet hominum qui hujus nostræ sanctionis sententiam violare præsumpserit, sit ab omni chistianorum communione seclusus et sulphuris cum diabolo contradatur ignibus exurendus. Quicumque igitur hujus institutionis nostræ præsumpserit convellere vel abradere sanctionem, sit nomen ejus abrasum et deletum de libro vitæ ut tartareas judicii pœnas excipiat qui hæc decreta honestatis devoverit violanda.